

78

2

# Analecta Homericæ.

Scriptis

**Ludovicus Friedlaender.**



## 9.

### Analecta Homerica.

---

Quae hac opportunitate oblata \*) e schedis meis promo ea diutius pressi quam Horatius praecipit; nam abhinc decem annos vel etiam plures chartis mandata sunt paene omnia. Hoc ideo moneo quia fieri potest ut his annis quibus haec studia maxime ferbuerunt, nonnulla de meis ab aliis viris doctis occupata sint, quorum libri in hanc nostram βιβλίον ζήτησαν perlati non sunt. Id certe ex hac mea tarditate lucri facient lectores quod longe plura seposui quam nunc edo. Nam (ut sciunt omnes qui his rebus operam dederunt) multa primo aspectu placent vel certissima videntur; si magno temporis spatio interiecto iterum inspicias, non item. Ita et mihi accidit ut de eisdem rebus diversis temporibus diverse iudicarem, plurimaque spreverim quae mihi olim arriserant. Contra quae identidem intuenti eundem aspectum immutatum praebere visa sunt, ea non potui non aut pro veris habere aut pro veri simillimis. Magno autem gaudio affectus sum novissimis Immanuelis Bekkeri curis Homericis ad nos adlatis, e quibus intellexi de nonnullis mihi cum viro summo convenire, quae antea a nullo observata erant.

---

\*) [Publicavit enim auctor hanc ipsam commentationem mense Aprili huius anni, ut invitaret quos par erat ad audiendam lectionem publicam quam habiturus erat ad munus professoris philologiae publici ordinarii in universitate Regimontana rite auspiciandum.]

## I. De locis lacunosis.

Quamquam verissimum est quod dixit Lehrsius, Homerum in universum tam bene habitum esse ut id nunquam satis mirari possimus, tamen non minus verum est nullum fere corruptelae genus cogitari posse, quo haec carmina non aliquatenus contaminata sint. Hoc recte intellecto criticae Homericæ fundamenta iecit Aristarchus. Cuius censoria virgula veteribus quidem in versus divini poetae nimia severitate grassari visa est: at hodie multo plures loci pro perperam insertis habentur quam ille notavit, eis tantum dissentientibus qui clavam Herculi facilius eripi posse etiam nunc iudicant quam unum versum Homero. Ac non modo insitiorum, sed etiam male ex uno loco in alterum transpositorum vel iteratorum numerum longe maiorem esse quam summo illi critico visum, hodie inter omnes convenit. Deinde nequaquam raro factum esse ut binae eiusdem argumenti recensiones iuxta positae sint, et alii monuere et ego in Schneidewini Philologo vol. IV p. 577 sqq. His tribus mutationis generibus, interpolationis transpositionis variationis, accedunt lacunae, quae viros doctos adhuc raro adverterunt. Non autem eas nunc dico, quae maiores narrationis partes hauserunt: quam olim plura continuisse indicio sunt non pauca quae ut narrata memorantur nec vero narrata sunt. Et ut recte observaverit Aristarchus (cf. Lehrsius p. 357), fieri nonnulla apud Homerum quae non diserte dicantur sed ex consequenti cognoscantur: hoc tamen non eo valebit ut tam multa *σιωπωμένως γεγονότα* nobis persuadeamus quam veteres interpretes. De hoc genere luculentissime disputavit Schoemannus in dissertatione de reticentia Homeri, quae tertio opusculorum academicorum volumini inserta est. Equidem nunc nil volo nisi nonnullos locos indicare, ubi unum vel paucos versus perisse deficiens conexus vel discrepans ostendit. Sane verum est hoc vitii genere carmina Homericæ rarius deformata esse quam reliquis. Nam cum illa carmina neque a poetis neque a rhapsodis omnibus temporibus eodem modo cantarentur, saepissime sine dubio factum est ut plures eiusdem argumenti formae in concinnatorum manus venirent. Tantum igitur afuit ut his aliquid deesset ad narrationem perpetuam restituendam, ut multa multis locis redundarent: e quibus aut eligen-

dum fuit quod optimum aptissimumve esse videretur, aut duae vel plures formae conglutinandae, ea autem quae commissurae repugnarent recidenda. In hoc labore et fieri potuit ut hic illic plus iusto recideretur, nec negari potest nonnulla concinnatoribus iam manca et lacunosa tradita esse.

Ceterum harum lacunarum demonstratio raro ita certa esse potest, ut nullam dubitationem relinquat. Nam ubi ad perfectionem sententiae aliquid deest, non semper id excidisse statuendum erit, sed poterit etiam corruptione oblitteratum esse. Hinc etiam Lehrsius de loco noto Θ 230 disputans rem in incerto reliquit (Arist. p. 382):

πῆ ἔβαν εὐχωλαί, ὅτε δὴ φάμεν εἶναι ἄριστοι,  
 ἄς, ὅπότ' ἐν Αἴμῳ κενεαυχέες ἠγοράσθε —

quod Bekkerus in utraque editione minima distinctione post Αἴμῳ posita sanare conatus est, ut suppleatur ημεν. Equidem Lehrsius assentior hoc ab Homero ita profectum esse praecise neganti: sed utrum versus alter ab initio corruptus sit an exciderit aliquid post hunc, nemo sane decreverit. Alterutrum statuendum erit de loco Odysseae λ 412—415, in quo nemodum quantum scio offendit. (Agamemnonis umbra Ulixi narrat quomodo perierit:)

ὡς θάνον οἰκτίστῳ θανάτῳ· περὶ δ' ἄλλοι ἐταῖροι  
 νάλεμῶς κτείνοντο, σὺς ὡς ἀργιόδοντες,  
 οἷ δ' ἄ τ' ἐν ἀρνειοῦ ἀνδρὸς μέγα δυναμένιο  
 415 ἢ γάμῳ ἢ ἔραῳ ἢ εἰλαπίνῃ τεθαλίῃ

\* \* \*  
 ἤδη μὲν πολέων φόνῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησας κτλ.

ubi nisi versum post 415 excidisse sumemus, necesse erit principium versus 414 (οἷ δ' ἄ τ') pro vitioso habeamus. His locis tertium addo Ω 721, quem erunt qui pro sano habeant. Sermo est de Hectoris exsequiis.

οἷ δ' ἐπεὶ εἰσάγαγον κλυτὰ δώματα, τὸν μὲν ἔπειτα  
 720 τρητοῖς ἐν λεχέεσσι θέσαν, παρὰ δ' εἶσαν αἰδοῦς  
 θρήνων ἑξάρχους, οἷ τε στονόεσσαν αἰοιδήν

\* \* \*  
 οἷ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναικες.

Erunt inquam qui hic nihil desiderent: at mihi mos epicus poscere videtur, ut ab οἷ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον nova incipiat sententia, quamquam id tum demum certo dici poterit, si exempla omnia huc pertinentia collecta fuerint, quod me omisisse doleo. Ceterum etiam haec difficultas tollitur, si in versu 722 ab initio pro οἷ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον aliud quid fuisse sumimus.

Θ 186 sqq.

Hi loci omnes utrum corruptelam passi sint an mutilationem, discerni non potest. Contra locus ille Θ 186 sqq. quo Hector equos

suos adloquitur, plus una difficultate insignis, vix aliter explicari poterit quam si unum certe versum excidisse statuamus.

184 ὡς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο φώνησέν τε:

— Ἐάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε διέ,  
 νῦν μοι τὴν κοιμίδην ἀποτίνατον, ἣν μάλα πολλὴν  
 Ἄνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἡετίωνος

\* \* \*

ὑμῖν παρ' προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν

\* οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι \*

190 ἢ ἐμοί, ὅς πέρ οἱ θαλερὸς πόσις εὐχομαι εἶναι

\* \* \*

ἀλλ' ἐφορμαρτεῖτον καὶ σπεύδετον κτλ.

Versum 185, quem obelo notatum esse ab Aristarcho notum est (v. Lehrs. p. 195 sq.), nil moror. Sequentia consideranti primum id in oculis incurret, in enuntiatione quae ab ἣν μάλα πολλὴν incipit verbum deesse: nam hoc modo nemo loqui potest: *κοιμίδην, ἣν μάλα πολλὴν ὑμῖν πυρὸν παρέθηκεν*. Aut igitur periit aliquid aut ἣν μάλα πολλὴν corruptum est. Pro quo si v. c. ἣν πόρην ὑμῖν legeretur, omnia plane et recte procederent. Quod quin dici poterit, non est dubitandum, cum δῶρα, βρώμην, κακὰ πορεῖν dicatur. Nec quae deinde sequuntur ab homine sano dici potuisse umquam mihi persuadebo, nedum ab Homero: nisi forte Hectorem una cum iumentis ad praesepia pastum esse fingimus. Etenim his verbis nulla interpretantium artificia alium sensum extorquere possunt quam hunc: 'uxor vobis prius frumentum apposuit quam mihi'. Nec versu 189 remoto, quem recentiores cum veteribus eiciunt, nodus solvitur. Immo hic quamvis ei loco quem nunc occupat minime conveniat, tamen servari potest, dummodo transponatur. Mihi enim nil probabilius videtur quam unum vel plures versus excidisse, quibus Andromache Hectori epulas struens describeretur, de hac autem descriptione versum 189 reliquum esse. Animi causa totum locum ita refingamus ut intellegi saltem possit:

νῦν μοι τὴν κοιμίδην ἀποτίνατον, ἣν πόρην ὑμῖν

Ἄνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἡετίωνος.

ὑμῖν παρ' προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν,

ἢ ἐμοί, ὅς πέρ οἱ θαλερὸς πόσις εὐχομαι εἶναι,

σίτον καὶ κρέα πολλὰ ποροῦσ' ὀπλίσασαο δεῖπνον,

οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

δ 94—96.

Hunc locum omnes interpretes sicco pede transierunt\*), quamvis sensum non habeat. Hoc primus vidit Bekkerus, qui in novissima

\*) Nitzschius adn. ad Od. I p. 243 'Voss: und verderbte das Haus mir. Hiermit kann bloss ein durch seine Abwesenheit entstandener

editione hos tres versus eiecit. Menelaus Telemacho et Pisistrato domus suae splendorem mirantibus narrat se has divitias multas terras oberrantem non sine magnis laboribus comparasse δ 78—89. Deinde sic pergit:

90 εἶος ἐγὼ περὶ κείνα πολὺν βίον συναγείρων  
 ἠλώμην, τείως μοι ἀδελφεὸν ἄλλος ἔπεφνε  
 λάθρη, ἀνωστί, δόλω οὐλομένης ἀλόχοιο·  
 ὡς οὐ τι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω.  
 καὶ πατέρων τάδε μέλλει' ἀκούμεν, οἳ τινες ὑμῖν  
 95 εἰσὶν, ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἔπαθον \* καὶ ἀπώλεσα οἶκον \*  
 εἴ μάλαι ναιετάοντα, κεχανθότα πολλὰ καὶ ἐσθλά.  
 ὧν ὄφελον τριτάτην περ ἔχων ἐν δώμασι μοῖραν  
 ναίειν, οἳ δ' ἄνδρες σοοὶ ἔμμεναι οὐ τότε ὄλοντο.

In versu 95 haeremus. Quae enim est illa domus opulenta, quam se perdidisse dicit Menelaus? Ἀμφίβολον, respondent scholia M V, πότερον τὸν ἑαυτοῦ ἢ τὸν Πριάμου: sed neutrum intellegi potest. Illud ineptum est; nam postquam errores suos maritimos memoravit, quod factum verbis ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἔπαθον: non potuit mentionem direptionis Troiae subicere, quae illos multis annis antecessit. Deinde haec ambiguitas alienissima est a more epico, ut auditoribus coniciendum relinquatur, qua de re poeta cogitaverit. Si solam constructionis rationem spectabimus, non poterimus non intellegere Menelai domum. Sed hoc sensus non patitur; nam erroribus illis non comminuit sed auxit divitias suas Menelaus (cf. γ 311). Fuit enim hic mos temporibus heroicis, ut reges ab uno hospite ad alterum commigrantes dona colligerent (qua de re cf. ο 80 sqq.)\*, sicut ipse Ulixes ε 37 sqq. ν 137, ubi Eustathius 1521, 20 καὶ σημείωσαι inquit δύο τούτους ἥρωας ἐν πλάνῃ πλουτήσαντας ἄλλως μέντοι καὶ ἄλλως, τὸν Ὀδυσσεῖα δηλαδὴ καὶ τὸν Μενέλαον. Idem nostrum locum recte intellexit 1486, 33 et 46. Cf. ξ 285. 326, ubi Ulixes in mendicum transformatus Eumaeo narrat, se apud regem Thesprotorum gazam ab Ulixē hac ratione coacervatam vidisse: καὶ μοι κτήματ' ἔδειξεν ὅσα συναγείρατ' Ὀδυσσεύς, | χαλκὸν τε χρυσὸν τε πολὺκμητόν τε σίδηρον. | καὶ νύ κεν ἐς δεκάτην γενεὴν ἕτερόν γ' ἔτι βόσκοι. | τόσσα οἳ ἐν μεγάροις κειμήλια κείτο ἀνακτος. — Accedit quod versus 97 ostendit, non iacturae mentionem proxime antecessisse sed lucri. Nam cum dicat Menelaus: 'quorum utinam tertiam partem possiderem?', apparet non de eis eum loqui quae perdidit, sed de eis quae possideat.

Sin autem quaeritur, qua ratione haec perturbatio nata sit, pluribus modis responderi potest. Facillima medicina ea est quam Bek-

Verlust gemeint sein. Aber wir müssen uns dabei beruhigen, wenn es auch nicht recht befriedigt.

\*) Non erat igitur cur offenderet Volkmannus in τ 283 (commentt. epp. p. 113).

kerus adhibuit, ut versus 94—96 expungantur: quibus remotis et sensus et structura bene habent, neque quicquam desideratur, nam tum ὦν in versu 97 ad κτεάτεσσιν in v. 93 pertinebit. Fortasse autem hi versus ex alia huius loci recensione soli supersunt, in qua narratum fuerit absente Menelao domum ab infidelibus ministris male habitam eorumque negligentia vel rapacitate multa perditam esse.

Deinde ita hunc nodum solvere possumus, ut alterum dimidium versus 95 corruptum esse statuamus. Fieri enim potest ut pro ἀλώεσα olim verbum contrariae significationis hoc loco positum fuerit, velut ἄφειλα (οἶκον ὄφείλειν ο 21, unde οἰκωφελή ξ 223). Quodsi hunc versum hac ferè ratione sonuisse putamus: ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἔπαθον· τὸν δ' οἶκον ὄφειλα (quod exempli gratia pono): hoc ferri saltem poterit, dummodo sequentia (εὖ μάλα καιετόντα, κεχανδότα πολλὰ καὶ ἐσθλά) προληπτικῶς dicta esse statuamus.

Tertia ratio, quae mihi quidem maxime arridet, ea est ut post ἔπαθον aliquid excidisse sumatur. Fingamus v. c. hunc versum eodem modo cecidisse quo versum 81 ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἔπαθον καὶ πόλλ' ἐπαλήθην — tum ita pergere potuit Menelaus: «in his autem erroribus multas divitias congeffi, ita ut nunc domum possideam qualem videtis, optime instructam et amplissime ornatam: οἶκον εὖ μάλα καιετόντα, κεχανδότα πολλὰ καὶ ἐσθλά.»

τ 107 sqq.

Hunc locum, qui pluribus modis adulteratus est, etiam lacunosum esse affirmare non dubito. Ulixem in mendicum transformatum de patria ac parentibus percontatur Penelope, cui ille sic respondet:

ὦ γύναι, οὐκ ἂν τίς σε βροτῶν ἐπ' ἀπέρονα γαῖαν  
 νεϊκέει· ἦ γάρ σε κλέος οὐρανὸν εὐρύν ἱκάνει,  
 \* ὅς τέ τεν ἦ \* βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς τε θεουδῆς  
 110 ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσει  
 εὐδικίας ἀνέχρησι, φέροσι δὲ γαῖα μέλαινα  
 πυρούς καὶ κριθάς, βρόθῃσι δὲ δένδρεα καρπῶ,  
 τίκτη δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχη ἰχθύς  
 ἐξ εὐηγεσίης, ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ.  
 \* \* \*  
 115 τῷ ἔμὲ νῦν τὰ μὲν ἄλλα μετὰλλα σῶ ἐνὶ οἴκῳ,  
 μηδ' ἔμὸν ξερέεινε γένος καὶ πατοῖδα γαῖαν,  
 μή μοι μᾶλλον θυμὸν ἐνιπλήσης ὀδυνάων  
 μνησαμένο· μάλα δ' εἰμὶ πολυστονος· οὐδέ τί με χρῆ  
 120 ἦσθαι, ἐπεὶ κίκιον πενθήμεναι ἀκριτον αἰεὶ.

Primum vides conexum deficere ubi lacunam indicavi. Nam qui dicit: 'ideo ne me interrogas?', is causam iam attulerit necesse est cur interrogari nolit. Quam nunc frustra quaerimus. Si dixisset: 'ego



multa et gravia perpessus sum<sup>3</sup>, recte subicere potuit: 'ideo noli interrogare qui vel unde sim, ne in lacrimas et gemitus erumpam, quod me in domo aliena facere non decet'. Nec vero hoc loco ut alibi optio data est, utrum sumere velimus quod deest excidisse an versum 115 ab initio corruptum esse. Nam ne illo τῶ quidem remoto difficultas tollitur, quoniam duo argumenta tam diversa, quam est haec deprecatio et illa Penelopae laudatio, se excipere non possunt nisi transitu ab uno ad alterum facto.

Deinde versus 109 ab initio corruptus est. Nam sive ἦ pro particula disiunctiva habemus sive pro affirmativa, in explicando frustra laboramus. Si vocalem acuimus, altera particula disiunctiva desideratur\*), cuius defectum Eustathius perridicule excusare conatur, hoc ἀποσιωπήσεως genus esse dicens (1857, 50); sin circumflectimus, quod fecit Bekkerus in novissima editione, malum etiam peius fieri videtur. Nam vereor, ut dicam quod sentio, ne hac particula inter duos genitivos inculcata epico sermoni vis afferatur. Equidem totum locum ab 109—114 aliunde huc translatum esse iudico; nam haec comparatio cum rege pio et iusto, quantumvis licet pulchra sit, neque Penelopae convenit neque huic loco. Idem sensit Ahrensius de dialectis II p. 302. Cf. etiam Nitzschius Sagenpoesie p. 177.

## N 207 sq.

Amphimachum, qui Cteati Actorionis filius esse dicitur N 185, Hector occidit. Corpus occisi, quod Hector abripere frustra conatur, amici in castra Graeca portant; contra Imbrium Troianum a Teucro hasta percussum duo Aiaces spoliant (185—203):

κεφαλὴν δ' ἀπαλῆς ἀπὸ δειρῆς  
κόψεν Ὀϊλιάδης, κεχολωμένος Ἀμφιμάχου,  
ἦκε δέ μιν σφαιροῆδόν ἐλιξάμενος δι' οὐμίλου.  
205 Ἐκτορι δὲ προπάροιθε ποδῶν πέσεν ἐν κονίησιν.  
καὶ τότε δὴ περὶ κῆρα Ποσειδάων ἐχολώθη  
νόονοιο πεσόντος ἐν αἰνῇ δημοτῆτι,  
βῆ δ' ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν κτλ.

Quis obsecro est ille nepos, de cuius morte Neptunus irascitur? Nimirum idem Amphimachus de quo supra sermo fuerat. Unde autem scimus, eum Neptuni nepotem esse? Nam id neque hoc loco neque alibi ab Homero diserte dicitur. At, inquit, efficitur ex comparatione huius loci cum A 750. Etenim Amphimachus, ut dixi, Cteati Actorionis filius est (quod etiam in navium catalogo traditur B 621): Actorionum autem patrem Neptunum esse Nestor in libro undecimo memoravit. Scilicet hoc homines docti eruere poterant,

\*) Cf. γ 348 ὡς τέ τευ ἦ παρὰ πάμπαν ἀνείμονος ἢ πενιχροῦ.

qui carmina Homerica assidua lectione versarent: auditores autem quis est qui tam bona memoria praeditos fuisse existimet, ut omnibus temporibus omnia recordarentur quae aliquando eis recitata essent? Ut taceam in quaque recitatione multos sine dubio affuisse, qui illam Nestoris narrationem numquam audivissent. Nec fabula de Actorionibus una e notioribus fuit, quam omnium mentibus obversatam esse sumere possimus. Sed fac eam notissimam fuisse: etiam tum hoc loco verbo monitum oportuit, Cteatum a Neptuno genus ducere. Non dubito igitur quin aut post versum 187 aut post 205 unus vel plures versus exciderint.

⊙ 261—265. A 56—60.

Diomedes ante omnes Graecorum duces in Troianos irruit fugientemque Agelaum prosternit:

260 ἦριπε δ' ἐξ ὀρέων, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.  
 τὸν δὲ μετ' Ἀτρεΐδαι Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος,  
 τοῖσι δ' ἐπ' Αἴαντες θοῦρον ἐπιειμένοι ἀλκήν,  
 τοῖσι δ' ἐπ' Ἴδομενεὺς καὶ ὀπάων Ἴδομενῆος  
 Μηριόνης, ἀτάλαντος Ἐνναλίῳ ἀνδρειφόντη,  
 265 τοῖσι δ' ἐπ' Εὐρύπυλος Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός.  
 Τεῦκρος δ' εἵνατος ἦλθε, καλίντονα τόξα τιταίνων,  
 στῆ δ' ἄρ' ὑπ' Αἴαντος σάκει Τελαμωνιάδαο.

In hac enumeratione heroum, quae a versu 261 ad 265 pertinet, verbum deest; nam versum sequentem, ut cum Nicanore loquar, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς legendum esse in aperto est, quod recte intellegentes editores interpunctionem maximam post Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός posuerunt. Hoc etiam clarius perspicietur comparato loco simili libri praecedentis, ubi novem Graecorum duces ad pugnam cum Hectore sese offerunt. Horum nomina partim eisdem versibus recensentur quos hic legimus, ut H 164—167 respondeant versibus ⊙ 262—265.\*) Sed illis verbis in initio positis legibus structurae satis fit:

161 ὣς νείκεσσ' ὁ γέρον, οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέστην.  
 ὦρτο πολὺ προῶτος μὲν ἀναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,  
 τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδῃς ὦρτο κρατερός Διομήδης,  
 τοῖσι δ' ἐπ' Αἴαντες θοῦρον ἐπιειμένοι ἀλκήν κτλ.

Sed etiam aliud est quod in hoc loco offendet. Nam haec enumeratio sicut in septimo libro plane necessaria, ita in octavo non modo inutilis est sed ne ferenda quidem. Nam postquam hi duces satis magnifice inducti sunt (cf. Kayserus de interpol. Hom. p. 7) exspectandum est, fortiter facta aut ab omnibus narratum iri aut certe a pluribus. Sed totum librum pervolventibus ne unus quidem occurrit

\*) ⊙ 262 redit E 157, 263sq. = P 258sq.

praeter Teucrum, qui sagittarum ictibus decem Troianos prosternit, et Aiacem maiorem, qui fratrem scuto praetento tegit ac tuetur. Suspicio igitur erit, hunc catalogum e septimo libro ab interpolatore, qui transitum ad Teuceri ἀριστείαν facere vellet, huc illatum esse: qua in transpositione nonnulla amissa sunt, quibus ad perfectionem sententiae carere non possumus. Ceterum etiam hic fortasse fragmenta narrationis supersunt, quae olim plura continuerit.

Non ignoro ad hanc verbi defectionem excusandam afferri posse similem locum ex libro undecimo: sed eum non magis sanum esse existimo. Uterque exercitus ibi e castris educitur; primum Graecorum aciem describit poeta (47—55), deinde Troianorum:

Τρῶες δ' αὐθ' ἐτέρωθεν ἐπὶ θρωσμῶ πεδίῳ,  
 Ἔκτορά τ' ἀμφὶ μέγαν καὶ ἀνύμονα Πουλυδάμαντα,  
 Αἰνείαν θ', ὃς Τρωσὶ θεὸς ὡς τίετο δῆμῳ,  
 τρεῖς τ' Ἀντιηροίδας, Πόλυβον καὶ Ἀγήνορα δῖον  
 60 ἠΐθεόν τ' Ἀκάμαντ', ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν.  
 Ἔκτωρ δ' ἐν πρώτοισι φέρ' ἀσπίδα πάντοσ' εἴσῃν.

Nimirum etiam hic dubitari potest, utrum locus corruptus sit an decurtatus. Si enim v. c. pro Τρῶες δ' αὐθ' ἐτέρωθεν posuerimus Τρῶες δ' αὐθ' κόσμηθεν, nil desiderabitur. Ceterum hic versus redit initio libri vicesimi, ubi verbo proxime praecedenti a communi accepto sententia completur.

Τ 1 ὡς οἱ μὲν παρὰ νηυσὶ κορωνίσσι θωρήσσοντο  
 ἀμφὶ σέ, Πηλέος υἱέ, μάχης ἀκόρητον Ἀχαιοί,  
 Τρῶες δ' αὐθ' ἐτέρωθεν ἐπὶ θρωσμῶ πεδίῳ.

o 381.

In hoc loco proclivius fuerit de transpositione quam de resectione cogitare. Eumaeus ab Ulixē rogatus de domini parentibus narrat ac se a familia herili optime habitum esse addit, de sua patria suisque parentibus ne verbum quidem, nihil unde sciri possit, vernane sit an emptus. Unde satis mirari non possumus, si Ulixem respondentem audimus:

381 ὦ πόποι, ὡς ἄρα τυτθὸς ἐών, Εὐμαίε συβῶτα,  
 πολλὸν ἀπεπλάγχθης σῆς πατρίδος ἠδὲ τοκήων.

Haec offensio non fugit R. Volkmannum, qui in commentt. epicis p. 82 recte animadvertit, ea quae de parentibus suis dixerit Eumaeus § 140 sq. \*) nimis brevia et obscura esse, quam ut hoc loco hac ratione loqui possit Ulixes. Illi igitur versus olim narrationem Eumaei 402—484 excepisse videntur, quem locum nunc hi occupant:

\*) οὐδ' εἴ μιν πατρὸς καὶ μητέρος ἀντίς ἴκωμαι  
 οἶκον, ὅδι πρῶτον γενόμεν καὶ μ' ἔτρεφον αὐτοί.

485 τὸν δ' αὖ διογενὴς Ὀδυσσεὺς ἠμείβετο μύθῳ·  
 Εὐμαί', ἢ μάλα δὴ μοι ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ὄρινας  
 ταῦτα ἔκαστα λέγων, ὅσα δὴ πάθεις ἄλγεα θυμῷ.  
 ἄλλ' ἦτοι σοὶ μὲν παρὰ καὶ κακῷ ἐσθλὸν ἔσθηνεν κτλ.

ubi pro versibus 486 et 487 sine ulla difficultate 381 et 382 vides substitui posse. Fortasse tamen eo loco quo nunc hi due de quibus loquimur leguntur, olim alii nunc amissi antecedeabant, quibus Eumæus patriæ parentumque mentionem iniceret.

## II. De gnomis insiticiis.

Locos insiticios iam Aristarchus in genera diversa descripserat, quorum indicem dedit Lehrsius (p. 352—363), et possunt plura addi, quorum alia latius patent, alia angustioribus finibus circumscripta sunt. Rarissime autem sententiae uno paucisque versibus comprehensae ab interpolatoribus insertae sunt, quas *gnomas* dicunt. Nimirum hoc genus interpolationis Hesiodaeae a carminis epici natura vel propter perpetuitatem argumenti alienissima erat. Attamen nonnullae gnomae etiam in carmina Homericam aditum invenerunt. De uno certe loco iam veteres criticos hoc modo statuisse scimus.

o 67 τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῆν ἀγαθὸς Μενέλαος·

Τηλέμαχ', οὐ τί σ' ἔγωγε πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἐρύξω  
λέμενον νόστοιο· νημεσῶμαι δὲ καὶ ἄλλω

70 ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέησιν

ἔξοχα δ' ἐχθαίρησιν· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.

ἴσόν τοι κακὸν ἐσθ', ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι

ξείνῳ ἐποτρύνει, καὶ ὅς ἐσσύμενον κατερύνει.

74 χορῆ ξείνῳ παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

De ultimo in codd. Harl. Ambr. Q Vind. 133 hoc traditur: ἐν πολλοῖς οὐκ ἐφέρετο· καὶ ἔστιν Ἡσιόδειος τῆς φράσεως ὁ χαρακτήρ. εἰ δὲ δεχοίμεθα αὐτόν, πρὸ τῶν πρὸ ἐαυτοῦ δύο στίχων ὀφείλει γράφεσθαι. Ubi hoc certum est usque ad *χαρακτήρ* Aristarcheae observationis superesse fragmenta; reliqua ex eodem fonte hausta esse affirmari non potest. Quod etsi nesciremus, versum 74 in multis codicibus defuisse, hunc tamen quo id quod modo dictum erat sine ulla causa iteratur, ferendum nullo modo putaremus. Sin autem illi cōdices hodie exstarent quibus Alexandrini usi sunt, non dubitandum est quin saepius iudicia nostra de versibus interpolatis eorum testimoniis confirmare liceret. Ceterum Bekkerus, qui in editione priore versum 74 eicere satis habuit, in posteriore etiam duos autecedentes expunxit: quibus etsi carere sane possumus, tamen eos necessario excludendos esse affirmare non ausim.

Equidem ante hos decem annos dedita opera quaesivi, num in carminibus Homericis plures hoc genus gnomae insiticiae laterent, sed admodum paucas inveni. E quibus duas vel tres etiam Bekkerum pro

alienis habuisse novissima editione certior factus sum. Sed cum neque ipse Bekkerus causas iudicii sui indicaverit et sint de quibus mihi cum viro summo non conveniat, non inutile fuerit exponere, quamobrem illas sententias perperam inculcatas esse arbitræ.

## β 270—280.

Minerva sub Mentoris persona Telemachum hortatur ut iter propositum ingredi ne vereatur.

- 271 Τηλέμαχ', οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσειαι οὐδ' ἀνοήμων,  
 εἰ δὴ τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστανται μένος ἦν,  
 οἶος ἐκείνος ἔην τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε.  
 οὐ τοι ἔπειθ' ἀλήθ' ὁδὸς ἔσσειται οὐδ' ἀτέλεστος.  
 εἰ δ' οὐ κείνου γ' ἔσσι γόνος καὶ Πηνελοπείης,  
 275 οὐ σέ γ' ἔπειτα ἔολπα τελευτήσῃν ἄμενοιᾶς.  
 — παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,  
 — οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.  
 280 ( ἄλλ' ἔπει οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσειαι οὐδ' ἀνοήμων,  
 οὐδέ σε πάγχυ γε μήτις Ὀδυσσεύης προλέλοιπεν,  
 ἔλπωρή τοι ἔπειτα τελευτήσαι τάδε ἔργα.

Hunc locum intuentem fugere non potest, duos illos versus, quos Bekkerus e contextu removit, ego obelo notavi, sententiae absolute formam prae se ferre. In qua nequaquam casu factum esse crediderim quod tot voces ab eadem consonanti incipiunt, sed memoriae iuvandae causa de industria quaesitum. Accedit quod Eustathius, qui duobus locis frustula huius gnomae affert, semel Hesiodo eam tribuit, celeberrimo priscae sapientiae auctori cui plurima ἀδέσποτα tribuebantur, altero loco incertum esse significat, a quo profecta sit, ut videas proverbium vetustate tritum fuisse. Eustathius 447, 27: παῦροι γὰρ παῖδες εἰκόασι πατράσιν· οἱ πλέονες κακίους· φησὶν Ἡσίοδος. Idem 1035, 45 παῦροι γὰρ παῖδες ἀρείους πατέρων — οἱ μέντοι πλέονες κακίους κατὰ τὸν εἰπόντα. Id nunc non urgeo ex ipsa Homericæ poesi nonnulla exempla ad hanc sententiam refutandam afferri posse. Nam et Diomedes ἡμεῖς τοι inquit πατέρων μέγ' ἀμείνωνες εὐχόμεθ' εἶναι Δ 405, et Hector deos precatur ut aliquando de filio suo dicant homines πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων Ζ 479, et de Periphete Copreos filio ipse poeta hoc praedicat τοῦ γένετ' ἐν πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων O 641. Quod in iudicio de hoc loco ferendo nullius momenti esse libenter concedo: at characterem Hesiodenum et sensu et adornatione verborum prodi (ut taceam de Eustathii testimonio) nemo opinor negabit. Hoc sufficeret ad quaestionem movendam, num hi versus pro genuinis habendi sint: multo autem gravius est quod nec cum sequentibus coeunt nec cum praecedentibus. Dicit enim Minerva: 'neque ignavus eris neque im-

prudens, siquidem\*) patris tui indoles quasi hereditate ad te pervenit: sin autem non es Ulixi filius (i. e. fac te eius filium non esse), nulla spes erit te ad finem perducturum quod suscepisti.' Quid haec verba excipere potest nisi hoc: 'fortes enim non creantur nisi fortibus et bonis'? At sequitur plane contrarium: 'pauci enim filii aequant genitorum virtutes'. Longus sum in re manifesta; neminem enim criticae vel mediocriter peritum esse credo, qui semel monitus hos versus male interpositos esse non videat. Hac autem sententia exclusa eo clarius apparet ne sequentia quidem stare posse. Nam versibus 278—280 idem dicitur quod versibus 270—275: ea tantum differentia, ut quod illic pro argumento ponitur hic sententiam concludat et vice versa. Haec ab eodem poeta profecta esse non possunt: immo stat mihi sententia hoc loco duas recensiones coaluisse, quarum altera versus 270—275 continuerit, alteram hac fere ratione conceptam fuisse sumere possumus:

Τηλέμαχ', οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσει οὐδ' ἀνοήμων,  
εἰ δὴ τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἢν  
οὐδέ σε πάγῃ γε μῆτις Ὀδυσσεύος προλέλοιπεν.  
ἐλπωρῆ τοι ἔπειτα τελευτήσαι τάδε ἔργα.

## I 320.

Hanc quoque sententiam primus quantum scio recte exclusit Bekkerus in editione novissima, ut tamen duos praecedentes versus simul eiecerit, quos etsi fuit cum propter eundem characterem gnomicum pro spuriiis haberem, nunc genuinos esse arbitror. Achilles Graecorum legatis fuse exponit quare exercitui oppresso auxilium ferre recuset:

315 οὐτ' ἔμεγ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα πεισέμεν οἷω  
οὐτ' ἄλλους Δαναούς, ἐπεὶ οὐκ ἄρα τις χάρις ἦεν  
μάρασθαι δηλοῖσιν ἐπ' ἀνδράσι νολεμὲς αἰεὶ.  
Ἴση μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι·

319 ἐν δὲ ἰῆ τιμῇ ἡμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός·

— κάτθαν' ὁμῶς ὃ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὃ τε πολλὰ ζοργῶς.  
οὐδέ τι μοι περίκειται, ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ,  
αἰὲν ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

'Non adducor' inquit 'ut denuo bellum capessam, ubi gratia fortiter pugnantis nulla refertur, ignavusque et eodem honore fruitor quo vir fortis (ἐν δὲ ἰῆ τιμῇ) et eadem praedae portione (Ἴση μοῖρα μένοντι).' Vides hic non sententiam in universum valentem enuntiarī, sed de eo tantum sermonem esse quod in hoc exercitu, hoc duce locum habeat. Tantum igitur abest ut versus 318 et 319 alieni sint, ut huic loco apprime conveniant: nam non ubique hono-

\*) εἰ δὴ siquidem A 61. Π 66. Ψ 558. γ 376. ν 238. φ 253.

res et praedam omnes pariter nanciscuntur, sed Agamemnonis tantum iniustitia id fieri dicit. Deinde latius explicat, sibi omnibus temporibus plurimum periculi, minimum emolumentum et mercedis contigisse. Quae cum ita sint, vitam tutam vitae periculosae praefendam esse: quod deinde ita exaggerat ut nimium illum vitae amorem prae se ferat versibus 406 sqq. Cum hoc toto huius orationis argumento aperte pugnat versus 320 *κάτθαν' ὁμῶς ὁ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὰ ἔοργῶς*. Nam si inertem mors non minus manet atque eum qui multa praeculare gessit, nullamque fati moram lucratur ignavia, sane melius est pugnam capessere quam desidem languescere. Huic loco conveniret sententia contraria: ignavus vitam longam sperare potest, audaces praematura morte abripi solent. Quod de nullo verius esse quam de se ipso et optime scivit Achilles et in hac ipsa oratione proficitur versibus 410 sqq. Eicienda ergo utique haec gnoma ab interpolatore dormitante inserta, qui cum *κακὸν ἐσθλῶ* opponi videret, hanc sententiam, qua deses cum strenuo componitur, cognatam esse sibi persuaderet.

## I 63 sq.

In hoc loco neminem adhuc offendisse miror. Postquam Agamemno consilium fugiendi cum reliquis ducibus contulit, Diomedes bellum strenue continuandum esse censet. Huic Nestor assentitur, modo cautiones necessariae non neglegantur, de quibus ille propter defectum experientiae militaris non cogitaverit.

60 *ἀλλ' ἄγ' ἐγὼν, ὃς σεῖο γεραίτερος εὐχόμεαι εἶναι,  
ἐξείπω καὶ πάντα διζόμεαι· οὐδέ κέ τις μοι  
μῦθον ἀτιμήσει, οὐδὲ κρείων Ἀγαμέμνων.*

— *ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος*

— *ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρούεντος.*

65 *ἀλλ' ἦτοι νῦν μὲν πειθώμεθα νυκτὶ μελαίνῃ  
δόρπα τ' ἐφοπλισόμεσθα· φυλακτῆρες δὲ ἕκαστοι  
λεξάσθων παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν τείχεος ἐπίος.*

Gnoma illa a me obelis notata, qua belli cupidi tot malis verbis obiurgantur, ab hoc loco quo belli instauratio suadetur, ne multa, alienissima est. Nihilominus ab eis qui iacturam unius versus Homericum anguine peius vitant, aliqua ratio etiam huius sententiae defendendae excogitari posset: dummodo de bello omnino, non de certo belli genere, hic sermo esset. Velut Schol. Ven. A *διδάσκει δὲ inquit ὡς εἶναι μὲν πολεμικὸν δεῖ δι' ὧν φησὶ «οἷς οὐ τι μέλει πολεμῆα ἔργα» B 338, οὐ μὴν φιλοπόλεμον· ἀνατρέπει γὰρ τοῦτο πᾶσαν πολιτείαν*. At versus illi nequaquam ad omne genus bellorum, sed ad solum bellum intestinum — *πόλεμον ἐπιδήμιον* — spectant: cuius cur hoc loco mentio fiat, nemo opinor docuerit. Qui id bellum cupit in qua tribus cum tribu, familiae cum familiis pugnant, leges si-



lent: is merito ἀφορήτωρ, ἀνέστιος, ἀθέμιστος dici potest. Qui autem bellum cum hostibus externis suadet, is non utique vituperatione dignus est, saepe summis laudibus, praesertim illo tempore. Nisi igitur hanc sententiam eicimus, habemus senem suaviloquum hoc modo delirantem: 'ego vobis consilium meum exponam quod vos non spernetis. Qui bellum civile cupit, abominandus est. Nunc autem epulas instruamus et vigiles ad fossam disponamus.' — Quis est qui hoc ferre possit?

---

Ε 80 sq.

Agamemno iterum fugae consilium proponens orationem suam his verbis concludit:

75 νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύονται ἄγχι θαλάσσης,  
 ἔλκαμεν, πάσας δὲ ἐρύσσομεν εἰς ἄλα διαν,  
 ὕψι δ' ἐπ' εὐνάων ὀρμίσσομεν, εἰς ὃ κεν ἔλθῃ  
 νύξ ἀβρότη, ἣν καὶ τῇ ἀπόσχονται πολέμοιο  
 Τρῶες· ἔπειτα δὲ κεν ἐρυσσάμεθα νῆας ἀπάσας.  
 80 οὐ γὰρ τις νέμεσις φυγέειν κακόν, οὐδ' ἀνὰ νύκτα.  
 — βέλτερον ὃς φεύγων προφύγῃ κακόν ἢ ἐάλω.

Duobus versibus extremis, qui similiter cadunt, idem bis dici apparet. Tamen erunt fortasse qui hanc iterationem non improbant: equidem defectum copulae in initio versus alterius pro certo indicio habeo, hanc gnomam propter similitudinem sententiae et verborum ab interpolatore iuxta positam esse.

---

ξ 83 sq. θ 546 sq.

Hoc locos dubitanter adscribo, qui utrum servari possint an eici utique debeant, sagacioribus decernendum relinquo. Mihi fuit cum de eorum athetesi nulla dubitatio esset, deinde iterum iterumque reputanti res non ita certa visa est. Cur mihi suspecti sint, fusius exponere supersedeo, quoniam lectores monitos facile intellecturos esse confido, quibus rebus offendar. Alter locus est in sermone ab Eumaeo collato cum Ulixee in mendicum transformato.

ξ 80 ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, τά τε δμῳέσσι πάρεστιν,  
 χοίρε· ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν,  
 οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσίν οὐδ' ἐλεητύν.  
 \*οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,  
 \*ἀλλὰ δίκην τίονσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.  
 85 καὶ μὲν δυσμενέες καὶ ἀνάροισι, οἳ τ' ἐπὶ γαίης  
 ἀλλοτρίης βῶσιν καὶ σφι Ζεὺς λήϊδα δῶη,  
 πλησάμενοι δὲ τε νῆας ἔβαν οἰκόνδε νέεσθαι,  
 καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει.

Id certe apparet, gnoma illa quam notavi remota non modo iacturam nullam fieri, sed etiam orationem multo planius procedere. Idem valet de altero loco. Verba sunt Alcinoi, Demodocum tacere iubentis, cuius cantus hospitis lacrimas moverit.

ᾠ 542 ἄλλ' ἄγ' ὁ μὲν σχεθέτω, ἔν' ὁμῶς τερωπάμεθα πάντες,  
 ξεινοδόκοι καὶ ξείνος, ἔπει πολὺ κάλλιον οὕτως·  
 εἵνεκα γὰρ ξείνοιο τὰδ' αἰδολοιο τέτυκται,  
 πομπὴ καὶ φίλα δῶρα, τὰ οἱ δίδομεν φιλέοντες.

545 \* ἀντὶ κασιγνήτου ξείνός θ' ἰκέτης τε τέτυκται  
 \* ἀνέρι, ὅς τ' ὀλίγον περ ἐπιφανῆ προαπίδεδσιν.  
 τῶ νῦν μηδὲ σὺ κεῦθε νοήμασι κερδαλέοισιν  
 ὅττι κέ σ' εἴρωμαι· φάσθαι δέ σε κάλλιον ἔστιν.

Praeter sensum discrepantem indicia interpolationis haec sunt: primum defectus particulae coniunctivae in initio versus 546, deinde quod τῶ (v. 547) non ad hanc sententiam pertinet sed ad praecedentem. Neque id fortuitum fuerit quod versus 544 et 547 eodem verbo finiuntur: talia enim interpolationi ansam praebuisse scimus. Ceterum etiam versus 545 mihi suspectus est, quoniam τάδε v. 544 de epulis potius ac ludis quam de deductione et donis hospitalibus intellegenda esse videntur.

De locis *Υ* 242 sq. et 250 infra dicetur.

### III. Exempla duplicis recensiois.

Eorum locorum ubi binae recensioes iuxta positae sunt duo genera esse notum est. Nam idem argumentum a binis poetis aut eodem modo tractatum est aut diverso. In primo genere importuna iteratione, in altero discrepantia offendimur. Utriusque generis exempla in ea dissertatione attuli quae quarto Philologi volumini inserta est; at multo plura afferri possunt, quorum nonnulla adscribam quae mihi in promptu sunt.

Ad id genus, ubi idem argumentum bis eodem modo tractatum est, loci nonnulli pertinent, quibus de altera recensione singuli tantum versus supersunt. In quorum numero ponendum mihi videtur hoc simile *N* 334 sqq.

- ὡς δ' ὄθ' ὑπὸ λυγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄλλαι  
 335 ἡματι τῷ ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους,  
 705 οἷ τ' ἄμυδις κονίης μεγάλην ἰσταῖσιν ὀμίχλην,  
 ὡς ἄρα τῶν ὁμός ἦλθε μάχη, μέμασαν δ' ἐνὶ θυμῷ  
 ἀλλήλους καθ' ὅμιλον ἐναιρέμεν ὅξει χαλκῷ.

Alterum exemplum hoc est. In navium catalogo earum gentium, quae Phylacen et Pteleum incolebant urbesque vicinas, dux Protesilaus fuisse dicitur; hunc immatura morte cecidisse narrat poeta 695—702, deinde ita pergit:

- οὐδὲ μὲν οὐδ' οἱ ἄναρχοι ἔσαν, πόθειόν γε μὲν  
 ἀρχόν.  
 ἀλλὰ σφραγς κόσμησε Ποδάρκης ὄξος Ἄρηος,  
 705 Ἰφίκλον υἱὸς πολυμήλου Φυλακίδαο,  
 αὐτοκασίγνητος μεγαθύμου Πρωτεσιλάου  
 ὀπλοτερος γενεῆ· ὁ δ' ἅμα πρότερος καὶ ἀρείων,  
 ἦρας Πρωτεσιλάου ἀρήϊος· οὐδέ τι λαοὶ  
 710 δεύονθ' ἠγεμόνος, πόθειόν γε μὲν ἐσθλὸν ἔοντα  
 τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαινα νῆες ἔποντο.

Bekkerus in editione novissima versus 708 et 709 eiecit, Koechlyius. (de genuina catalogi Hom. forma p. 12) etiam versum 707, propter legem illam strophicam quam in catalogi compositione valuisse arbitratur. 'Qui deinde' inquit p. 21 'inferti sunt versus 707—709 de Podarce, prorsus nihil novi continent.' Sed ut hos non ab eodem

poeta poni potuisse concedo, a quo versus 703 profectus erat: ita non magis intellego, quid interpolatorem movere potuerit, ut id repeteret quod modo dictum erat. Immo eiusmodi iteratio mihi quidem pro certissimo indicio est, versus 708 et 709 ex alia recensione desumptos esse ac reliqua.

Deinde huc referendos esse arbitror duos versus quibus oratio Antenoris in teichoscopia finitur, qui interpretes et criticos valde exercuerunt. Ulixi, qui cum Menelao a Graecis Troiam legatus missus erat, habitum indecorum describit.

Γ 218 σκῆπτρον δ' οὐτ' ὀπίσω οὔτε προπροηνὲς ἐνώμα,

ἀλλ' ἀστεμφές ἔχεσκεν, αἰδοῦναι φωνὴν ἑοικώς.

220 φαιῆς κε ζάκοτόν τε τιν' ἔμμεναι ἄφρονά τ' αὐτως.

ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὅπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἔει

καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἑοικότα χειμερίησιν,

⊕ οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆϊ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

⊖ οὐ τότε γ' ἄδ' Ὀδυσῆος ἀγασσάμεθ' εἶδος ἰδόντες.

Bekkerus acute perspicuus versus ultimum non modo superfluum esse sed ne ferri quidem posse, si versus 223 proxime antecedit, in novissima editione illum e contextu removit. At fortasse etiam hoc loco duarum recensionum clausulas iuxta positas habemus, ut in altera Antenoris oratio versu 223, in altera versu 224 finita sit. Quod si recte conieci, ἀγασσάμεθα non cum veteribus per ἔθανμάσασμεν explicandum erit, sed vertendum 'indignabamur'.\*) Sententia autem haec erit: 'cum Ulixes loqui incepit, tum sane desivimus indignari si eius formam intueretur, i. e. non iam aegre tulimus, talem legatum a Graecis ad nos missum esse.'

Alibi duplex eiusdem argumenti tractatio pluribus vestigiis proditur. Velut in illa altercatione Aeneae et Achilli in libro vigesimo Iliadis plus semel idem duobus modis enuntiatum est. Quod Aristarchum non fugit, qui tamen obelo uti maluit quam sigmate et antismate, quamquam hic si usquam notae duplicis recensionis adhibendae erant. Primum Aeneas bis originem suam fuisse exponit ⊖ 203—212 ⊕ 213—241. Priore loco Veneris et Anchisae filium se praedicare contentus est, altero totum gentis suae stemma inde a Dardano Iovis filio usque ad Anchisem percenset, de matre divina tacet. Haec altera narratio eisdem versibus incipit quibus Glaucus Diomedis respondet Z 150 sq.

Γ 213 εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' εὖ εἰδῆς  
ἡμετέρον γενεήν, πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν.

Hi versus in sexto libro recte habent, ubi Diomedes Glaucum de genere sciscitatus erat, huic loco non conveniunt, quia Achilles

\*) Cf. Ξ 111. α 389. β 67. δ 658.

nullam eiusmodi interrogationem fecit. Suspicio igitur erit, aliquam huius carminis formam exstitisse, in qua Aeneae orationi interrogatio illa quam nunc desideramus praemissa fuerit. Ceterum ea medicina quam Aristarchus adhibuit, ut versus 205—209 eiceret, locus minime persanatus est. Saltem duos praecedentes una delere debuit; nam qui dixit

Τ 203 ἴδμεν δ' ἀλλήλων γενεήν, ἴδμεν δὲ τοκῆας,  
 πρόκλυτ' ἀκούοντες ἔπεα θνητῶν ἀνθρώπων.

is non video quomodo paulo post dicere possit: εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι κτλ.

Deinde Aeneas in eadem oratione altercationi finem imponendum esse bis monet.

- ⊙ ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγόμεθα νηπύτιοι ὧς;
- ⊙ 245 ἔσταότ' ἐν μέσση ὑσμίνῃ δημοτῆτος.
- ⊙ ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνειδέα μυθήσασθαι
- ⊙ πολλὰ μάλ' οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιο.
- ⊙ στρεπτή δὲ γλῶσσο' ἔστι βροτῶν, πολέες δ' ἐνὶ μῦθοι
- ⊙ 249 παντοῖοι, ἔπεων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.
- ὅπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἔπακούσθαις.
- ⊙ ἀλλὰ τῆ ἔριδας καὶ νείκεα νῶν ἀνάγκη
- ⊙ νεικεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον, ὧς τε γυναῖκας,
- ⊙ αἷ τε χολωσάμεναι ἔριδος πέρι θυμοβόροιο
- ⊙ νεικεῦσ' ἀλλήλοισι μέσην ἐς ἄγνιαν ἰοῦσαι,
- ⊙ 255 πόλλ' ἔτεά τε καὶ οὐκί· χόλος δὲ τε καὶ τὰ κελεύει.
- ⊙ ἀκῆς δ' οὐ μ' ἐπέεσσιν ἀποτρέφεις μεμαῶτα
- ⊙ πρὶν χαλκῷ μαχέσασθαι ἐναντίον. ἀλλ' ἄγε θᾶσσον
- ⊙ γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχεύουσιν.

Aristarchus versus 251—255 obelis notavit. Contra Bekkerus in editione novissima versus 248—250 expunxit. De tertio viro summo accedere non dubito: nam haec sententia non modo incommode incurrit, sed etiam defectu particulae ab hoc conexu aliena esse arguitur. Duo sequentes nescio an ferri possint. Contra alteram gnomam praeter hanc eiciendam esse arbitror, quae locum modo allatum proxime antecedit.

241 ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὐχομαι εἶναι.

— Ζεὺς [δ'] ἀρετὴν ἀνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,

— ὅπως κεν ἐθέλῃσιν· ὁ γὰρ κάρτιστος ἀπάντων.

ἀλλ' ἄγε κτλ.

quam sententiam neque cum antecedentibus cohaerere vides neque cum sequentibus.

Hinc transeo ad eos locos, ubi eadem res a duobus poetis diverso modo tractata est. In horum numero ponenda mihi videtur oratio Telemachi in contione Ithacensium de procorum iniuriis querentis.

- β 55 οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἤματα πάντα,  
 βοῦν ἱερεύοντες καὶ ὄις καὶ πίονας αἶγας,  
 εἰλαπινάξουσιν, πίνουσί τε αἶθοπα οἶνον,  
 μαψιδίως· τὰ δὲ πολλὰ κατάνεται. οὐ γὰρ ἐπ' ἀνήρ  
 οἶος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν, ἀρῆν ἀπὸ οἴκου ἀμύναι.  
 ) 60 ἡμεῖς δ' οὐ νύ τι τοιοῖο ἀμννέμεν· ἦ καὶ ἔπειτα  
 ) λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα καὶ οὐ δεδαηκότες ἀλλήν.  
 ( ἦ τ' ἂν ἀμνναίμην, εἴ μοι δύναιμί γε παρῆην.  
 οὐ γὰρ ἔτ' ἀνσχετὰ ἔργα τετεύχεται, οὐδ' ἔτι καλῶς  
 οἴκος ἐμὸς διόλωλε κτλ.

In altera recensione, quae versus 60 et 61 habuit, Telemachus animo prorsus abiecto et spe fracta est, in altera (62) voluntatem ultionis sibi nequaquam deesse ait. Ac nescio an hoc quoque pro indicio diversae originis habendum sit, quod illic verbum plurali, hic singulari numero positum est.

Simili modo oratio eiusdem Telemachi in libro octavo decimo contaminata est, qui matri se excusat exprobranti quod hospitem cum Iro luctari passus sit.

- ( σ 227 μῆτερ ἐμή, τὸ μὲν οὐ σε νεμεσσωμαι κεχολῶσθαι·  
 ) αὐτὰρ ἐγὼ θυμῷ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα,  
 ) ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρηα· πάρος δ' ἔτι νήπιος ἦα.  
 ( 230 ἀλλὰ τοι οὐ δύναμαι πεπνυμένα πάντα νοῆσαι·  
 ( ἔκ γάρ με πλήσσουσι παρηγενοὶ ἄλλοθεν ἄλλος  
 ( οἶδε κακὰ φρονέοντες, ἐμοὶ δ' οὐκ εἰσὶν ἀρωγοί.  
 ) οὐ μὲν τοι ξείνου γε καὶ Ἴρου μῶλος ἐτύχθη  
 ) μνηστήρων ἴσσητι, βίη δ' ὅ γε φέρτερος ἦεν.

Hoc loco duae excusandi rationes coaluerunt. Altera ea fuit ut se nequaquam ignorare diceret quid fas, quid nefas esset; nec vero hospitem a procis ad luctam coactum esse, sed sua sponte in hoc certamen descendisse, nullam igitur iniuriam ab eo propulsandam fuisse. Ad hanc recensionem praeter versum primum duo sequentes pertinent, qui v 309 sq. redeunt, deinde versus 233 et 234. Bekkerus versum 229 eicere satis habuit, quo remoto vereor ne difficultas non sublata sit. In altera se unum sine adiutoribus contra tantum procorum numerum nihil posse queritur: quasi iniuriae depellendae non voluntas ei defuerit sed potestas. In hac recensione versum 228 excepisse videntur 230—32. Ceterum neque hanc neque illam integram ad nos pervenisse veri simile est, quoniam contaminantibus particulae superfluae resecandae erant.

His locis eam orationem addo, qua Minerva in primo libro sub Mentae persona Telemacho suadet, ut Pylum Spartamque iter faciat ad sciscitationem de patris reditu instituendam. Quae ibi a dea dicuntur,

magnam partem ex altero libro translata sunt. Etenim in contione Ithacensium Telemachus ab Eurymacho rogatur ut matrem in domum paternam statim redire iubeat. Contra ipse consilium itineris faciendi proponit, ut certior fiat utrum pater obierit an superstes sit; quem si mortuum esse compererit, matrem viro se collocaturum promittit. Quae consilia sane diversissima sunt, quippe quae a partibus adversis proponantur. Quo magis mireris in primo libro utrumque Telemacho a Minerva in eadem oratione dari: sed quasi hoc non satis sit, his duobus consiliis tertium adicit, ut Telemachus procos aut vi aut dolo perimere conetur. Haec oratio partim eisdem versibus constat qui in altero libro redeunt. Cum igitur in hoc omnia bene procedant, in illo maxima perturbatione offendamur, dubitari non potest quin ii qui Minervae orationem consarcinarunt e Telemachi Eurymachique contionibus hauserint. Ut autem apertissime demonstratur, quantopere haec oratio secum ipsa pugnet, totum locum apponam.

α 267 ἄλλ' ἦτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,  
 ἢ κεν νοστήσας ἀποτίσεται, ἢ ἐ καὶ οὐκί,  
 οἷσιν ἐνὶ μεγάροισι· σὲ δὲ φράζεσθαι ἄνωγα  
 270 ὄππως κε μνηστῆρας ἀπώσεται ἐκ μεγάροιο.

εἰ δ' ἄγε νῦν ξυνίει καὶ ἐμῶν ἐμπάξω μῦθων.

ἄρριον εἰς ἀγορὴν καλέσας ἦρωας Ἀχαιοὺς

μῦθον πέφραδε πᾶσι, θεοὶ δ' ἐπιμάργυροι ἔσταν.

μνηστῆρας μὲν ἐπὶ σφέτερα σκίδνασθαι ἄνωχθι,

275 μητέρα δ' εἴ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμέεσθαι cf. β 113sq.

ἄψ ἴτω ἔς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο β 195

οἱ δὲ γάμον τεύξουσιν καὶ ἄρτυνέουσιν ἔεδνα β 196

πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἔπε-

σθαι. 197

σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἶ κε πίδθαι. \*) Φ 293

280 νῆ' ἄρσας ἐρέτησιν ἐείκοσιν, ἢ τις ἀρίστη, cf. β 212

ἔρχο πενδόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο, β 215

ἦν τίς τοι εἴπησι βροτῶν ἢ ὅσσαν ἀκούσῃς 216

ἐκ Διός, ἢ τε μάλιστα φέροι κλέος ἀνθρώποισιν. 217

πρῶτα μὲν ἔς Πύλον ἔλθῃ καὶ εἴρω Νέστορα διον,

285 κείθεν δὲ Σπάρτηνδε παρὰ ξανθὸν Μενέλαον·

ὅς γὰρ δευτάτος ἦλθεν Ἀχαιῶν χαλκοχιτῶνων. β 218

εἰ μὲν κεν πατρὸς βίοτον καὶ νόστον ἀκούσῃς, 219

ἢ τ' ἂν τρυχόμενός περ ἔτι τλαιῆς ἐνιαυτόν· 220

εἰ δὲ κε τεθνηῶτος ἀκούσῃς μηδ' ἔτ' ἐόντος, 221

290 νοστήσας δὴ ἔπειτα φίλην ἔς πατρίδα γαῖαν 222

σῆμά τε οἱ χεῦθαι καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεῖξαι

\*) οὗτος ὁ στίχος ἐν τῇ κατὰ Ῥιανὸν οὐκ ἦν. H. M.

πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε, καὶ ἀνέρι μητέρα δοῦναι. β 223  
 αὐτὰρ ἐπὴν δὴ ταῦτα τελευτήσῃς τε καὶ ἔρξης, et. λ 80  
 φράζεσθαι δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ  
 θυμὸν  
 295 ὅπως κε μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσιν λ 119  
 κτείνῃς ἢ ἐ δόλω ἢ ἀμφιδόν. οὐδέ τί σε χρῆ 120  
 νηπιάας ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκέτι τηλίκος ἔσσι.  
 ἢ οὐκ αἰεὶς οἶον κλέος ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης  
 πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα,  
 300 Αἴγισθον δολομήτην, ὃ οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα;  
 καὶ σύ, φίλος, — μάλα γάρ σ' ὀρώω καλὸν τε μέγαν τε —  
 ἀλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀφιγόνων εὖ εἴπῃ.

Postquam Minerva Telemachum v. 270 deliberare iussit, quo pacto procos vi ex domo sua depellere possit (nam sic ἀπώθῃω et hic et alibi intellegi debet): duo illa consilia sequuntur inter se quidem ut dixi diversissima, quibus tamen id commune est, ut utrumque vim excludat. Nam sive Penelope statim in domum paternam dimittetur, sive a Telemacho de itinere reduci in matrimonium collocabitur, sive ille de patris vita certior factus procorum iniurias patienter ferre perget: vis utique contra eos non erit adhibenda. Praeterea haec duo consilia sibi invicem obstant: nam si nuptiae Penelopae ab eius cognatis adornabuntur, Telemachus ex itinere redux non poterit iterum ἀνέρι μητέρα δοῦναι. Priore consilio exposito sequi debebat: 'sin autem mater se nupturam abnuerit, dum reditum mariti sperare possit, tum sciscitatio de eius vita instituenda erit.' Cum autem duo consilia discrepantia sine ulla iunctura iuxta posita sint, apparet alterutrum alienum esse. Neque id fortuitum esse arbitror, quod hi duo loci versibus similiter cadentibus 278 et 292 finiuntur: quod facit ad suspicionem de diversa harum particularum origine augendam. Quod autem in codd. Harl. et Marc. versui 279 adscriptum est: οὗτος ὁ στίχος ἐν τῇ κατὰ Ριανὸν οὐκ ἦν — id ad versum 278 referendum esse videtur, cum ille plane necessarius sit, hoc autem sublato molesta illa iteratio tollatur.

Sed nunc ad tertium consilium accedimus, videlicet ut Telemachus procos aut vi aut dolo interimat. Numne igitur timendum est, ne etiam post Penelopae nuptias (versu proxime antecedenti memoratas) in domo mansuri sint? Quod si Minerva revera fieri posse putabat, id certe disertis verbis dicendum erat. Sed etiam aliud est quod offendit. Nam nunc Minerva Telemachum urget ut facinus illud statim perpetret, quippe cuius aetas iam confirmata sit: quod cum illis — ἢ τ' ἀν τρυχόμενός περ ἔτι τλαίης ἐνιαυτόν — aperte pugnat. Nam si Telemachus iam nunc satis fortis est ad procos depellendos, quid est cur patris reditum exspectans bona sua diripi etiam patiatur?

Equidem hanc confusionem ita explicandam esse censeo, ut non minus tres diversas recensiones contaminatas esse sumamus. Nec tamen tacendum est Godofredum Hermannum, praeceptorem divinum,





#### IV. Versus perperam vel neglegenter transpositi.

Permultos versus in carminibus Homericis his vel saepius repetitos esse constat, ut tamen omnibus locis apte positi sint vel ferri certe possint. Nam nec poetae nec rhapsodi eisdem verbis ac formulis plus semel uti dubitabant, sive a sese inventis sive ex aliorum carminibus desumptis. Sed non minus saepe factum est ut versus uno aliquo loco recte et apte positi per errorem ad alios locos ubi minus aptus eorum locus transferrentur. Quod recte intellegens Aristarchus ad hoc interpolationis genus notandum obelum cum asterisco iunctum destinavit. Ac Lehrsius, cuius verba modo attuli, in hac re eum saepius quam necesse obelo usum esse iudicat Arist. p. 358. Quod ut concedi possit, tamen non minus verum est summum criticum, alibi in eiusmodi locis notandis nimis cautum fuisse: nisi potius multos obelos exoidisse summendum est. Cuius rei nonnulla exempla afferam.

In libro Odysseae sexto decimo Telemachus sese mendicum, sub cuius forma Ulixes latet, in domum suam receptorum esse his verbis abhuit π 69 sqq.

*Ἐγμαι', ἧ μάλα τοῦτο ἔπος θυμάλγες ἔειπες·  
70 πῶς γάρ δὴ τὸν ξεῖνον ἐγὼν ὑποδέξομαι οἴκῳ;  
αὐτὸς μὲν νέος εἰμὶ καὶ οὐπω χερσὶ πέποιθα  
ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.*

Ultimus versus in extremum Iliadis librum translatus est, ubi Mercurius Priamo in Graecorum castra tendenti comitem se offert ac si opus fuerit defensorem.

Ω 368 οὔτ' αὐτὸς νέος ἔσσι — γέρων δέ τοι οὔτος ὀπηδεῖ —  
ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Nam hoc modo hanc translationem factam esse arbitror, non vice versa, quoniam in loco Iliadis iunctura huius versus cum praeecedenti duriuscula est, certe minus commoda quam in loco Odysseae. Nec tamen obelum asterisco utique apponendum esse dixerim; nam infinitivus ἀπαμύνασθαι ab οὔτ' αὐτὸς νέος ἔσσι pendere poterit, dummodo verba γέρων δέ τοι οὔτος ὀπηδεῖ pro interpositis habeamus, quae sermonem continuum dividunt.

Contra idem versus tertio loco minime ferendus est, quem nunc afferam. Telemachus ab Ulixē nutu monitus de conatu arcus tendendi desistit.

φ 130 τοῖς δ' αὖτις μετέειπ' ἱερὴ ἕς Τηλεμάχοιο·  
ὦ πόποι, ἦ καὶ ἔπειτα κακός τ' ἔσομαι καὶ ἄκικυς,  
ἦ ἢ νεότερός εἰμι καὶ οὐ πῶ χερσὶ πέποιδα  
\* ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Ubi id accidisse apparet quo nihil in carminibus Homericis frequentius est, ut uni versui ex sua sede in aliam recte translato subsequens adhaeserit atque in novum locum simul irrepserit, quamvis huic minime conveniret. Nam recte quidem Telemachus defectum virium simulans se manibus suis nondum confidere dicit; sed illud ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι prorsus alienum est; quis enim hoc loco de iniuria afferenda vel depellenda cogitat? Sin autem eam rem disertis verbis significare voluit, ad quam vires suae non sufficerent, hac fere ratione pergere potuit:

καὶ οὐ πῶ χερσὶ πέποιδα  
ἐκτελέσαι τὸν ἄεθλον vel  
ἐντανύσαι τόδε τόξον Ὀδυσσεύος θελοῖο.

quamquam omnia hoc genus additamenta locum deformant potius quam ornant.

Sed hic versus, quem ter immutatum invenimus, quarto loco plane nova specie indutus occurrit. In undevicesimo Iliadis postquam Achilles Agamemnoni reconciliatus est, Ulixes verba facit 155—183, quam orationem his versibus concludit:

181 Ἀτρεΐδῃ, σὺ δ' ἔπειτα δικαιότερος καὶ ἐπ' ἄλλῳ  
ἔσσει· οὐ μὲν γάρ τι νεμεσητόν βασιλῆα  
\* ἄνδρ' ἀπαρέσσεισθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Ubi praeter ἀπαρέσσεισθαι pro ἀπαμύνασθαι positum etiam membrum ὅτε τις aliter intellegendum est ac reliquis locis: nam τις non ad substantivum proxime praecedens ἄνδρα pertinet, sed ad βασιλῆα. Hoc recte intellexerunt scholl. A et B, quorum hic ὅτι οὐκ ἔστι νεμεσητόν inquit εἰ βασιλεὺς ἄνδρα βλάψας καὶ τῆς ἀδικίας προὔπαρξας ἀπαρέσσειται αὐτόν. Ceterum mihi quidem haec ratio syntactica a solita epici sermonis perspicuitate adeo videtur abhorrere, ut illud τις in μὲν necessario mutandum esse existimem.

Hoc exemplo admonemur in versibus transferendis propter mutatum conexum singula verba non raro mutanda fuisse. Quales mutationes ubicumque neglectae sunt, certa interpolationis vestigia tenemus. Velut in quarto Odysseae Menelaus Ulixem reducem de precis poenas atroces sumpturum leoni comparat hinnuleos in cubili suo deprehendenti δ 333 sqq.: qui locus totus in septimum decimum illatus est, ubi Telemachus matri de itinere suo refert, ut φ 124—141 respondeat δ 333—350, φ 142—146 = δ 556—560. Haec iteratio interpolatori oscitanti debetur, qui emblemata ineptissimum in Telemachi narrationem inculcasse contentus de commissura securus fuit. Nam Menelaus sic incipit:

δ 333 ὦ πόποι, ἦ μάλα δὴ κρατερόφρονος ἀνδρὸς ἐν εὐνήῳ 124  
ἦθέλον εὐνηθῆναι ἀνάγκιδες αὐτοὶ ἕοντες.

Qui sint illi ἀνάγκιδες, in quarto libro clarum est, cum Telemachi conquestio de procorum iniuriis proxime praecedat 316—322: in septimo decimo de quibus hominibus sermo sit plane ignoramus.

Simile vestigium transcriptionis incuriose factae in fine decimi libri deprehendere licet, ubi Circe Ulixi sacrorum apud inferos faciendorum ritus eisdem fere versibus tradit  $\kappa$  517—537, quibus deinde in narratione descensus ipse utitur  $\lambda$  25—50. Hunc totum locum primum in undecimo fuisse arbitror, in decimum postea eo consilio insertum esse, ut νεκρία, quae ab initio ad hanc carminum seriem nequaquam pertinebat, cum praecedentibus aliquo modo conecteretur. Quam translationem ita ut dixi factam esse, non vice versa, certissimo indicio etiam nunc proditur. Quod enim Ulixes a se factum esse narrat  $\lambda$  44

δὴ τότ' ἔπειθ' ἐτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσα  
μῆλα, τὰ δὴ κατέκειτ' ἐσφαγμένα νηλεί χαλκῶ,  
δείραντας κατακῆαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν,

id ut faciat a Circe his versibus admonetur  $\kappa$  531

δὴ τότ' ἔπειτ' ἐτάροισιν ἐποτρῦναι καὶ ἀνωῶσαι  
μῆλα, τὰ δὴ κατέκειτ' ἐσφαγμένα νηλεί χαλκῶ,  
δείραντας κατακῆαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν.

Imperfectum κατέκειτο, quod illic bene habet, hic cum structurae legibus aperte pugnat. Hoc Nitzschium non fugit, qui in adnotationibus ad Od. III 173 sqq. recte animadvertit, imperfectum non ita defendi posse ut factum est a G. Hermanno et Hartungio; sed praesens κατάκειται, quod ipse cum Bothio restituendum esse dicit, non magis ferri potest. Nam quod hoc futuri significationem induere posse affirmat vir egregius, id vereor ut exemplis probari possit. Recte igitur Bekkerus lectionem cod. Hamburg. κατάκειτ' ἐσφαγμένα in utraque editione reiecit; quae nisi e lapsu calami orta est, studio debetur vestigium interpolationis oblitterandi.

Addo exemplum versusum ex Iliade in Odysseam temere translatorum. Quoties enim Odysseae narratio in bellum pugnasve incidit, versus ex altero carmine adscisci notum est: quos qui transcripserunt, nonnumquam eas mutationes adhibere obliti sunt, quas mutatus requireret conexus. Hoc etiam in libro nono factum, ubi Ulixes de proelio cum Ciconibus commisso satis breviter refert.

ι 51 ἦλθον ἔπειθ' ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὦρη, B 468  
ἠέριοι· τότε δὴ ἔα κακῆ Διὸς αἴσα παρόσθη  
ἡμῖν αἰνομόροισιν, ἔν' ἄλγεα πολλὰ πάθοιμεν.

\* — στησάμενοι δ' ἐμάχοντο μάχην παρὰ νηυσὶ θεῶσιν, Σ 534

\* — βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείρησιν. Σ 535

56 ὄφρα μὲν ἤως ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἡμαρ, Π 777

τόφρα δ' ἀλεξόμενοι μένομεν πλεονάς περ ἕοντας.

ἦμος δ' ἥλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε, Π 779  
καὶ τότε δὴ Κίκονες κλῖναν δαμάσαντες Ἀχαιοῦς.

Versus 54 et 55 ex descriptione scuti Achillei sumpti huic loco minime conveniunt. Nam Ulixem ea quorum pars magna fuerit narrantem prima verbi persona uti debere in aperto est. Quodsi dicit *ἐμάχοντο*, hoc non potest intellegi nisi de solis Ciconibus, sed sequens *βάλλον δ' ἀλλήλους* utrumque exercitum comprehendit. Debat igitur *ἐμαχόμεθα* et *βάλλομεν*, sicut v. 57 *μένομεν* recte positum est. Hi igitur versus utique eiciendi sunt, ac nescio an idem statuendum sit de quattuor sequentibus.

Nonnumquam ordo rerum turbatus de versibus male translatis admonefacit. Velut in quinto decimo Odysseae Ulixes Eumaeum interrogat, utrum in direptione urbis patriae ab hostibus captus sit,

ο 386 ἦ σέ γε μουνωθέντα παρ' οἴεσιν ἢ παρὰ βουσίην  
ἄνδρες δυσμενέες νηυσὶν λάβον ἠδ' ἐπέρασσαν

\* — τοῦδ' ἀνδρός πρὸς δάμαθ', ὃ δ' ἄξιον ὦνον ἔδωκεν.

Cum nihil praecedat quo illud *τοῦδ' ἀνδρός* referamus, de Ulixee necessario cogitare debemus. At Eumaeum non Ulixes emit sed Laertes (483 *ἔνθα με Λαέρτης πρόϊατο κτεάτεσσιν ἐοῖσιν*). Id hospes vel inde suspicari potest, quod Eumaeus se ab Anticlea educatum esse narravit v. 363. Versus igitur 388 ab hoc loco alienus esse videtur, qui recte positus est in narratione mulieris Sidoniae:

427 ἀλλὰ μ' ἀνηρπαξαν Τάφιοι ληίστορες ἄνδρες

ἀγορόθεν ἐρχομένην, πέρασαν δέ με δεῦρ' ἀγαγόντες

\* τοῦδ' ἀνδρός πρὸς δάμαθ', ὃ δ' ἄξιον ὦνον ἔδωκεν.

Similis neglegentiae vestigium in octavo decimo Iliadis apparet, ubi in eo fuisse poeta dicit ut Patrocli corpus ab Hectore abriperetur,

Σ 166 εἰ μὴ Πηλεῖωνι ποδῆνεμος ὠκέα Ἴρις  
ἄγγελος ἦλθε θεοῦσ' ἀπ' Ὀλύμπου θωρήσσεσθαι.

Quomodo autem *θωρήσσεσθαι* eum iubere potuit, cui arma deesse minime ignorabat? (197 *εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν ὅ τοι κλυτὰ τεύχε' ἔχονται* | *ἀλλ' αὐτῶς ἐπὶ τάφρον ἰὼν Τρώεσσι φάνηθι*.) Scilicet hic versus ex undecimo desumptus est, ubi Nestor *ἄμμι δ' Ἀθήνη* inquit

Α 715 ἄγγελος ἦλθε θεοῦσ' ἀπ' Ὀλύμπου θωρήσσεσθαι.

Quem cum in octavo decimo omitti conexus non patiatur, levi mutatione opus est ut v. c. scribatur *ἄγγελος ἦλθε θεοῦσα κατ' Οὐλύμπου νιφόντος* (cf. Σ 616).

Non minus saepe quam versus integros versuum membra translata esse notum est; et est ubi in hoc quoque translationis genere mutationes necessariae neglectae sint. Postquam Sarpedonem a Patroclo interfectum esse narratum est, haec adduntur:

Π 506 Μυρμιδόνες δ' αὐτοῦ σχέθον ἵππους φυσιόωντας,  
ἰεμένους φοβέεσθαι, ἐπεὶ λίπον ἄρματ' ἀνάκτων.

*Ἄνακτες* sunt Patroclus et Sarpedon, qui comminus congressuri de curribus descenderant; sed quomodo equi qui curribus subiuncti

essent eos relinquere poterant? Scilicet hæc verba ex alio loco eiusdem libri huc translata sunt:

370 πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ἐρυσάρματα ὠκέες ἵπποι  
ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ὄνυμῳ λίπον ἄρματα ἀνάκτων

ubi equos fractis temonibus sese abripere vides. Aristarchus, qui alterum dimidium versus 507 quomodo nunc legitur sensum non habere vidit, *λίπεν* in textum recepit, *ἀνάλογον τῷ ἐλεῖσθῃσαν τὰ ἄρματα*: quod non modo ab analogia recedit sed etiam obscure dictum est. Equidem numquam dubitavi quin is qui hunc locum transposuit mutatione necessaria eademque facillima scripserit: *ἐπεὶ λίπον ἄρματα ἀνάκτες*. Ac video iam Jortinum proposuisse *ἐπεὶ λίπον ἄρματα φάνακτες*, quod affert Bekkerus in nova Iliadis editione p. 522.

Restat ut moneam in versibus vel versuum membris transferendis nonnumquam singula verba novam significationem induisse vel rationem structuræ mutatam esse. Velut *K 512 ὁ δὲ ξυνέηκε θεῶς ὅπα φωνησάσης* accusativus a *ξυνέηκε* pendet, sed *ω 535 πάντα δ' ἐπὶ χθονὶ πίπτε θεῶς ὅπα φωνησάσης* a *φωνησάσης*: quod vereor ne a consuetudine Homericæ abhorreat. De versu *ξενῶν τηλεδαπῶν φιλιῶν ἐμὸν ἵκετο δῶμα*, qui *τ 351* aliter intellegendus esse videtur ac *ω 268*, iam Bekkerus monuit (Monatsberichte d. Berl. Akad. 1853 p. 651).

Scribebam Regimontii.

Ludovicus Friedlaender.

## Index versuum Homericorum

qui hac commentatione tractantur.

B 703 sqq. . . . .	p. 473	α 269—296 . . . . .	p. 477
Γ 223 sq. . . . .	„ 474	β 60—62 . . . . .	„ 476
Θ 186—190 . . . . .	„ 459	β 270—280 . . . . .	„ 468
Θ 230 . . . . .	„ 459	δ 94—96 . . . . .	„ 460
Θ 261—265 . . . . .	„ 464	θ 546 sq. . . . .	„ 471
I 63 sq. . . . .	„ 470	ι 54 sq. . . . .	„ 482
I 320 . . . . .	„ 469	κ 532 . . . . .	„ 482
Α 56—60 . . . . .	„ 464	λ 415 . . . . .	„ 459
N 207 . . . . .	„ 463	ξ 83 sq. . . . .	„ 471
N 334 sq. . . . .	„ 473	ο 74 . . . . .	„ 467
Ξ 80 sq. . . . .	„ 471	ο 381 . . . . .	„ 465
Π 507 . . . . .	„ 483	ο 388 . . . . .	„ 483
Σ 167 . . . . .	„ 483	ρ 124 sqq. . . . .	„ 481
T 183 . . . . .	„ 481	σ 228 sqq. . . . .	„ 476
T 200—258 . . . . .	„ 474	τ 107 sqq. . . . .	„ 462
Ω 721 . . . . .	„ 459	φ 133 . . . . .	„ 481